



PATROLOGIÆ

25



HIERONYMI

OPERA OMNIA

5

BR65

J4  
1884

v. 5





EX LIBRIS


HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



1080014555







V.  
258  
16

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆGORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS  
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA  
ECCLESIE SÆCULA,

SICUTÆ EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIIS COLLATAS, PERQUAM DILIGEN-  
TIBUS CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIOSQUE LECIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS  
OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA;  
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSERVENTI-  
BUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NEQUON ET TITULIS SINGULORUM PAGINA-  
RUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBRECTAQUE MANUSCRIPTIIS SIGNIFICANTIBUS, ADORNA-  
TA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM ADOPTIVIS; ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE  
AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLENTIBUS, AMPLIFICATA;

AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLENTIBUS, AMPLIFICATA;  
DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATI-  
STICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITUR-  
GICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ulla EXCEPTIONE; SED PRESENTIM  
INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET PERUM, QUO CONSULTO, QUICQUID  
NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM USUSQUEQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMIS-  
SO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ  
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM  
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERBUS, A PRIMO  
GENEROS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPTIS, COMMENTATI SINT;

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,  
CHARACTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS,  
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIVE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER  
SIMILIS, PRETII RIGORITAS, PRESENTIUMQUE ISTA COLLECTIO, USA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,  
SECKENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM  
IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE  
PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES LATINA,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE LATINE  
A TERTULLIANO AD INNOCENTIUM III.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIE LATINE TOMUS XXV.

S. EUSEBIUS HIERONYMUS

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON  
Biblioteca de Ciencias y Letras

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES  
IN VIA DICTA · AVENUE DU MAINE, 189, OLIM CHAUSSÉE DU MAINE, 127.

1884



TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM V. ANNUS 420

SANCTI EUSEBII  
HIERONYMI

STRIDONENSIS PRESBYTERI

OPERA OMNIA,

POST MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI

SED POTISSIMUM D. JOANNIS MARTIANÆI

RESENSIIONEM

DENUO AD MANUSCRIPTOS ROMANOS, AMBROSIANOS, VERONENSES ET MULTOS ALIOS,  
NEC NON AD OMNES EDITIONES GALLICAS ET EXTERAS CASTIGATA,  
PLURIMIS ANTEA OMNINO INEDITIS MONUMENTIS  
ALISQUE S. DOCTORIS LUCUBRATIONIBUS SEORSIM TANTUM VULGATIS AUCTA,  
NOTIS ET OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATA,

STUDIO EL LABORE

VALLARSII ET MAFFÆ II VERONÆ PRESBYTERORUM, . . .

EDITIO PARISIORUM NOVISSIMA,  
JUXTA SECUNDAM AB IPSIS VERONENSIBUS ITERATIS CURIS RESENSITAM  
TYPIS REPETITA,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS QUINTUS

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,  
IN VIA DICTA: AVENUE DU MAINE, 189, OLIM CHAUSSEE DU MAINE, 127.

1884



007803  
44609



BR65  
 24  
 1884  
 V.5

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM V. ANNUS 420

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HAC TOMI XXV PARTE I COTINENTUR.

S. EUSEBIUS HIERONYMUS, STRIDONENSIS PRESBYTER.

Commentaria in Ezechielem.	Col.	43
Commentaria in Daniele.		491
Translatio Homiliarum Origenis in Jeremiam et Ezechielem.		584
In Lamentationes Jeremie tractatus.		787



FONDO EMETERIO  
 VALVERDE Y TELLEZ

1884

PRAEFATIO.

Quintus exsuperat in Hieronymianorum partitione operum tomus iste, quem ex argu-  
 menti, quod propositum habet, ingenio, commentariorum scilicet in reliquos duos majores  
 prophetas, Ezechielem ac Daniele, in unum cum quarto compingere constitueram: fecis-  
 semque adeo, nisi et illius aucta voluminis sub prelo materia in abnormem excresceret  
 molem, et quæ maxime huic obtigit longe prolixior, eaque *παραπλήρω* necessaria germana-  
 rum scriptionum, quibus vulgatae antea editiones carebant, accessio dispartiri coegisset in  
 duos. Hac autem de causa tantum abest, ut negotii aliquid fecessisse lectoris videar, quin  
 potius multam inierim ab his gratiam quando et major multo labor exantlandus, ut eorum  
 studiis consuleretur, et ne qua sui etiamnum parte male muletatus sanctissimus Pater subi-  
 ret conspectus hominum nihil non fuerit mihi otii impendendum atque operæ. Nam illud  
 quidem ex tota liquet collectionis hujus œconomia, non id magis curæ fuisse nobis, ut Hier-  
 onymianarum lucubrationum, totum veluti orbem una complecteremur, quam ut alienis,  
 iis tamen quæ abesse nullo ejus lectionis ac dignitatis impendio poterant, onerari ne pa-  
 teremur. Indicio ipse illo fuerit, qui ejusmodi scriptionibus abundat tertius tomus, a quo ta-  
 men inutilia quædam quæ Parisiensem editionem onerabant, amovimus: puta illud Hexa-  
 plorum Origenis specimen, quæ ut nihil fere ad Hieronymum, ita proprio opere duobus in  
 folio tomis postmodum luculentissima prodire: tum unum atque alterum de hebraicis  
 Nominibus, non antea editum monumentum, quod latere in schedis nostris satius duximus,  
 quam aliena farraginis molem accrescere. Quæ hæc igitur tomo nunc primum accedunt,  
 duodetriginta sunt homiliae, quas ex Origenis Græco in Latinum S. Doctor convertit: sunt  
 quæ explanationum in prophetas Jeremiam atque Ezechielem pars nobilissima, non ea tan-  
 tum de causa, quod maximi Scripturarum interpretis studio adornantur Romanis auribus, ab  
 eoque laudantur in suorummet operum catalogo; verumetiam quod, jam deperditò maximam  
 partem Græco Adamantii textu, ipse in Latino archetypi gloriam propemodum solæ susti-  
 neant. Illas partim ab Huetii, partim a Genebrardi editione huc ascivimus; miramurque dicta  
 est, in illo præsertim editore, cujus et cruditionem suspicimus, et maxime delectamur inge-  
 nio, non eam in edendis Hieronymianis lucubrationibus diligentiam deprehondisse, quæ  
 suam ut in cæteris fidem satis præstiterit, cum tot passim vitis editio illa scateat, quorum in-  
 gentem vim nos eluimus, ut quo nunc pacto integritati pristinae restituantur, in publicum  
 prodire videri nunc primum possint. Distulimus vero illas in quintum usque tomum: tam-  
 etsi priores quatuordecim, quæ Jeremie quædam capita præpostero, confusoque ordine edi-  
 serunt, ad superiorem quantum pertinuissent. Causa differendi palmaris hæc est, quod cum  
 simul fuerint ab ipso sanctissimo interprete sub una tantum præfatione ad Vincentium pres-  
 byterum singulari libello conjunctæ, divelli ab invicem, sive a posterioribus tolidom, quæ  
 Ezechielem interpretantur, et ad hunc proprie tomum spectant, jure non poterant. Id cum  
 summi viri Erasmus atque Huetius minime attendissent, singularum hunc librum in duos  
 temere dividentes, multa, eaque a veritate longius abhorrentia de prologo, quo homiliae in  
 Jeremiam male muletarentur, opinati sunt. Atque ille quidem in censura librorum Origenis  
 miratur primum quid rei sit, cur Hieronymus alias creber in præfationibus, nihil in homi-  
 lias in Isaiam (quas nos inter supposititia ad superioris tomii appendicem amandavimus), tum  
 hæc in Jeremiam fuerit præfatus. Suspiciatus deinde est, prologum ab his sublatum, ad quos  
 scripserat, postquam Origenis nomen factum est Romanis invidiosum, et verosimile sit, in eo  
 Hieronymum magnifice prædicasse Adamantii ingenium. Contra Huetius, singulis quidem  
 libris Origenis a se expositis prologos prætexuisse Hieronymum, non distulatur, cum id as-  
 serat Gennadius in Catalogo virorum illustrium; at quos tractatibus in Isaiam et Jeremiam  
 prætexuit, non de industria, sed casu et libratorum oscitantia censet sublato: alioquin  
 sublatis quoque fuissent alii, quibus Origenem Prologis impense laudat, ut est ille ad Dama-  
 sium homiliis in Canticum Canticoorum præfixus, et iste alter ad homilias in Ezechielem. Ver-  
 rum sua utrumque splendide opinatio fallit; nam neque de industria, quod episcopus Abri-



censis monet, neque, quod ipse autumat, casu et descriptentium incuria præfationes illæ deperierunt. Nempe quam somniant præfixam homiliis in Isaiam, nusquam exstitit, nedum ab eo translatores concinnata est, quem fortasse Rufinum, Hieronymum certe non fuisse evicimus: evicimus autem cætera post argumenta, quæ in superioris præfatione tomis congressimus, ex hoc ipso, quod nullo homilia illæ munite sint prologo. Exstat e contrario homiliarum in Jeremiam præfatio, hæcque ipsa est, quam solis putant homiliis in Ezechielem præfigi, verissime autem utrisque, scilicet et prioribus in Jeremiam una junctis, sub unius libri nuncupatione, prætextitur ab ipso interprete. Quæ id nos docet præfationis ejus non indiligens lectio: tum quæ sub una recensione fit in Catalogo viginti octo homiliarum mentio, ut alia prætermittam rationum momenta, nullum reliquum faciunt dubitationi locum, doctorumque hominum, qui in adversaria opinione versantur, iudicium palam refellunt. Sed ut eo, quod ceptum est dici, revertamur, cur ad quintum hunc tomum differrentur homilia ista, causa fuit insuper nobis ipsa scriptionis indoles: ejus nempe quam non suo ingenio cudit Hieronymus, sed ab alio acceptam auctore, Adamantio videlicet, adornare Latinis auribus ad aliena debuit vestigia: ipsamque ideo interpretationem decuit magis primigenium, ut ita dicam, S. Doctoris in eos prophetas commentariorum laborem pone sequi.

Ad Græcum quod pertinet aliquot ex his homiliarum textum (sunt vero duodecim tantum ex his quæ Jeremiam, plane deperditis quæ Ezechielem explicant) animus aliquando fuit hunc quoque et regione Latine interpretationis apponere: jamque nonnulla fuerant nobis ad eum sive emendatiorem, sive clariorem exhibendum animadversa. Verum quod bono cepisse videbamur consilio, cum manus operi fuit admovenda, meliore id sensum prætermittendum. Enim vero cum sit Origenes in hisce tractatibus exigua pars ipse sui, et desiderium lectori magis, quam Hieronymo augeat dignitatem, illud operis, quod si integrum suppeteret, aut majori saltem ex parte, commodo atque ornatui fuisset editioni nostræ, nunc male mulctatum imperfectumque ut apponerem a me ipso impetrare non potui. Si obtinuissem, ipsarum duodecim, quæ solæ supersunt in Græco, homiliarum invertere ordinem oportebat. Nimirum Origenes supra quinque et quadraginta homilia in Jeremiam elimaverat, e quarum ingenti stræc quatuordecim sibi delegit Latine refundendas Hieronymus easque non ducto a prioribus initio, continenti serie, sed ut se quaque obtulit, salutatim ita est interpretatus, ut ne dicam Origeniano proposito, ne ipsius quidem Jeremiam, quem enarrat, ordini consentaneus in vertendo fuerit. Ab ea quæ et penes Adamantium prima est, gradum ad postremas duas, decimam tertiam et quartam fecit: nescias enim quem secunda et tertia Hieronymiana locum teneant in Græco archetypo, in quo penitus desiderantur: quartam, quæ decimæ septimæ Origenianæ respondet, post reliquas omnes recensuit. Exinde alia, quæ subsequuntur a quinta ad duodecimam, sin minus ad Græci exemplaris regulam, recta ad invicem serie explicavit, tantum quod septimæ octavam præposuit. Servandus autem in Latina editione nostra præposterus hic ordo erat, qui etsi paulo confusior, Hieronymianus est tamen, quod ipse minime diffidetur in præfatione: eoque debuit, quo institutus ab eo, est, modo representari; nam sæpe alibi ex sententia sua mavult non tam interpretes audire, quam novi operis conditor. Demum non Adamantium nobis propositum est, sed Hieronymum recognoscere, atque abstinere, quoad fieri potest, alienis scriptis, ab ea enim quæ nunc aliquos vexat, inclarescendi per chartarum plaustra libidine, ingenium nostrum abhorret immane quantum.

Ut vero, quod nostrarum est partium, de singulis, quæ hoc tomo continentur, Hieronymi lucubrationibus quidpiam ex ordine prænotemus, Commentariorum in Ezechielem, qui primum obtinet locum, quatuordecim libri sunt. His adornandis, non unum aut alterum, sed quatuor ferme annos exegit Hieronymus, non quod alacri ad miraculum usque ingenio, tanti labor hic steterit, sed quod interpellato, minimeque continenti studio nunc hoc, nunc illud segmentum operis per intervalla dictaverit. Inceptus labor vixdum absolutus in Isaiam Commentariis, anno videlicet undecimo supra quadragesimum; sed in ipso dictandi exordio, quod ipsemet causatur in prologo, et in epist. 126, ad Marcellinum et Anapsychiam, ita animo consternatus obstupuit subito nuntio de Pammachii et Marcellæ morte, tum Occidentium provinciarum, et maxime urbis Romanæ vastatione, in incepto abstinere, diuque

tacere compulsus sit. Ad ejus anni finem, sive ad subsequentis initium iterum ab exordio ad tertium usque librum intermissum laborem repetiit, cum dento, ut ipse ait modo laudata ad Marcellinum epistola: *Hoc anno subitus impetus Barbarorum sic Egypti limitem, Palestinæ, Phœnicis, Syriæ percucurrit instar torrens cuncta secum trahens, ut vix eorum ipse manus potuerit evadere, nedam animum, quem fere desponderat, ad scribendum advertere. Nihilosecens, lentescente per tempus dolore, maxime vero opus urgente Eustochio, lucrativis, immo fortivis noctium horis anni quadragesimesimi decimi tertii, hinc propinquante, quod ipse profitetur in septimi libri præfatione ad Nontum usque persecutus est, cum aliis subinde occupationibus de toto illic orbe fugientium distineret. Exinde qui subsequuntur ad finem usque operis, insequenti decimoquarto supra quadragesimum ascribendos, nihil est dubium. Et vero sub initium Noni libri, Heraclianum Africæ comitem nura penas luisse perfidiæ refert; quæ temporis nota satis manifesto designat priorem hujusce anni partem, quo Luciani v. el. collega in consulatu Heraclianus fuit, et sub Augustum mensem, Novarum, ut Prosper ait, in Africa rerum reus honorem amisit et vitam. Duos vero postremos libros, qui visionem edisserunt templi, cum ad eam partem delubri pervenisset, in qua Sancta Sanctorum, ac Thymiamatis Altare describitur, se maluisse parumper intermittere, datis ad virginem Demetriadem litteris profitetur, ut, quod ipse ait, *De Altari transeat ad Altare*. Eam porro epistolam, quæ in nostra recensione locum obtinet 130, ad huncce annum quadragesimum decimumquartum pertinere, certis argumentis suo loco ostendimus.*

Hisce commentariis septennio prior est, qui ad Scripturarum seriem subsequitur, in Daniele singularis liber, cui annuum tribuimus quadragesimum septimum. Cum nempe animum ad eum scribendum appulit sanctus doctor, jam (quod ipsemet in hujus præfatione libri luculentissime protulit) duodecim prophetas minores exposuerat, fueratque adeo annum quadragesimum sextum prætergressus, cujus postrema parti postrema item ex illis explanatio, quæ est in Amos, ex ipsa sexti consulatus Arcadii Augusti et Anitii Probi notatione certo certius affigitur. Rursus annum antevertebat quadragesimum octavum, cujus mense Augusto Stilichonis patrata est interfectio. Calumniabantur autem Hieronymianæ gloriæ invidi homines, suggillatum ab eo barbarum Romani exciciti ducem, cum in explanatione magnæ illius statuae, quam per visum Nabuchodonosor viderat, de pedibus ferro, testaque ex luto compactis mysterium exponens, in eo dixit Romanum significari imperium: *Sicut enim in principio nihil Romano imperio fortius et durius fuit, ita in fine rerum nihil imbecillius: quando et in bellis civilibus, et adversum diversas nationes altiarum gentium barbararum indigemus auxilio*. Quam postea malevolorum suspicionem purgans undecimi in Isaiam libri præfatione: *Non sic inquit, adulandum est principibus, ut sacrarum Scripturarum veritas negligatur: nec generalis disputatio unius personæ (Stilichonis) injuria est; quæ cum benigno meorum studio caretur, Dei iudicio repente sublata est*. Omnino igitur quando illa exendi calumnia potuit, atque adeo postquam in Daniele commentarii in vulgus editi sunt, adivebat Stilicho, primasque obtinebat Romanarum virium: quem opinari minime par est, simulatque illa expositio, ad vulgi aures devenisse et vivis sublata; quin potius non ita parum interessisse temporis, quo et sanctus Pater ab iniquis observari, calumiosaque traduci, atque ex adverso a sui studiosis benigne excipii, honamque in partem posset exponi. Ex hoc temporis intervallo rerumque serie planissime colligas, ipsum opus, quod diximus, ita ad annum pertinere quadragesimum septimum, ut vix potuerit subsequentis priorem partem attingisse.

Duodetriginta homiliarum, quæ nunc primum accedunt, quamquam, ut diximus, singularis est liber, non una tamen planeque eadem est ætas, sive non uno illo tempore, eodemque impetu ex Græco Origenis textu refusus sunt in Latinum. Cum igitur in suorum ipse operum catalogo sanctus interpres sub una omnes recensione ponit: *In Jeremiam, inquit, et in Ezechielem Homilia Origenis viginti octo, quas de Græco in Latinum, verti, ita accipiendus meo quidem iudicio est, ut cum editionis celebritate, cum Romano sermone cultuque donatae sunt, notet. Priores enim quatuordecim, sive quæ Jeremiam interpretantur, Latinas multo antea fecerat, quam reliquis in Ezechielem manum admovent; cuius rei locuples ipse testis accedit, in eo quem huic translationi præfixit ad Vincentium Pro-*



logo: *Post quatuordecim*, inquit, *Homilias in Jeremiam*, quas JAMBEBIDEM *confuso ordine interpretatus eum, et has quatuordecim in Ezechielem per intervalla dictavi*. Jam vero quo tempore utrasque simul una junxerit, emiseritque uno libro, ex eo licet intelligere, quem in laudato Catalogo locum tenent. Nempè hinc Eusebiana Chronici interpretationem, inde epistolam in nostra recensione 18, ad Damasum, *de Seraphim*, mediè interjacent: cumque prior illa e duabus istis lucubrationibus ad annum trecentessim octogesimum certissime spectet, altera ad insequentis medium, ut suis locis probatum est: nihil jam laborandum, ut certo scias, quo temporis ipsæ intervallo circumscribantur, ita tamen ut velis ad trecentessim octogesimum primum propius accedere. Numquam profecto assentiaris el. Tillemontio, qui posteriores quatuordecim in Ezechielem ad unum usque trecentessim octogesimum sextum differt. Hoc illi satis infirma ratio persuasit, quod in hujusmet libri præfatione Origenem vocet sanctus doctor, *hominem juxta Didymi videntis sententiam aliterum post apostolos Ecclesiarum magistrum*: laudari enim abs Hieronymo Didymum, eumque videntem dici ante hunc annum, quo illum de ore noverit Alexandria, neulquam potuisse arbitratus est. Non erat vero tanti istæ faciendæ conjectura, cui et tota Hieronymianarum scripturionum series, et quod rei caput est, ipsiusmet sanctissimi interpretis testimonium ea, qua continenter suos libros in Catalogo ad temporis recenset prærogativam, ratione adversatur.

## S. EUSEBII HIERONYMI

STRIDONENSIS PRESBYTERI

### COMMENTARIORUM

IN

# EZECHIELEM<sup>a</sup> PROPHETAM

LIBRI QUATUORDECIM.

LIBER PRIMUS.

**1-2** Finitis in Isaiam decem et octo Explanatio- num voluminibus, ad Ezechiel, quod tibi, et sancte memorie matri tue Paula, o Virgo Christi Eustochium, sæpe pollicitus sum, transire cupiebam, et extremam, ut dicitur manum operi imponere propheta: et ecce subito mors mihi Pammachii atque Marcellæ, Romanæ urbis obsidio, multorumque fratrum et sororum dormitio nuntiata est. Atque ita conternatus obstupui, ut nihil aliud diebus ac noctibus nisi de salute omnium cogitarem: neque in captivitate sanctorum putarem esse captivum, nec possem prius ora reserare, nisi aliquid certius dicerem: dum inter spem et desperationem sollicitus

(a) Ad eosdem mss. codices, ad quos superiores tomi quarti commentarios, hos quoque in Ezechielem ac Daniellem egerimus. Sanctum præterea Gregorium cognomento Magnum, qui suas in Ezechielem homilias ex hisce Hieronymi commentariis magnam partem derivavit, et Rabanum, quo totidem verbis

A pendeo, aliorumque **S-4** malis me crucio. Postquam vero clarissimum terrarum omnium lumen exstinctum est, immo Romani imperii truncatum caput: et ut verius dicam, in una Urbe totus orbis interit, obmutesci et humilitatus sum, et sicut a bonis, et dolor meus renovatus est: *concauit cor meum intra me, et in meditatione mea exarsit ignis* (Psal. xxxviii, 4): nec putavi ullam sententiam negligendam: *Musica in luctu importuna narratio* (Eccli. xxii, 6). Verum quia et tu indesinenter hoc flagitas, et magno vulnere ciestrix paulatim obducitur: (b) Scorpiusque inter Encladum et (c) Porphyriorem Trinacriæ humo premitur, et Hydra multorum capitum contra nos

illos descripsisti, more contulimus.  
(b) Rufinus in Sicilia mortuus.  
(c) Ex ingenio quidem, certe tamen emendatione, substituo Porphyriorem, pro quo mendose haecenus obtinuit Porphyrium. Constât vero fabulam Gigantum alludi, quarum alter Encladus omnium ma-

aliquando sibilare cessavit: datumque tempus, quo A non hereticorum responderè insidiis, sed Scripturarum expositioni incumbere debeamus, aggrediar Ezechiel prophetam, cujus difficultatam Hebræorum probat traditio. Nam nisi quis apud eos etatem sacerdotialis ministerii, id est, tricesimum annum impleverit, nec principia Genesios, nec Canticum Canticoorum, nec hujus voluminis exordium et finem legere permittitur, ut ad perfectam scientiam, et mysticos intellectus, plenum humane naturæ tempus accedat. Quod opus si per Domini misericordiam ad calcem usque perduxero, transibo ad Jeremiam, qui in Lamentationibus suis, sub typo Jerusalem quatuor plagas mundi, quadruplici plangit alphabeto.

(Cap. I. — Vers. 1.) *Et factum est in tricesimo anno in quarto, in quinta mensis*. Tricesimus annus non, ut plerique assulant, etatis propheta dicitur, nec (a) Jubilæi, qui est annus remissionis; sed a duodecimo anno Josie regis Juda, quando inventus est liber Deuteronomii in templo Dei, usque ad quintum captivitatis annum Joachin cognomento Jechoniae, qui cum matre ductus est in Babylonem, et cum Daniele tribusque pueris, et Ezechiel (quæ est tribus Jude prima captivitas) quando stillavit ira Dei super Jerusalem (IV Reg. xxii; II Par. xxxiv; IV Reg. xxiv). Secundum anagogen vero prefiguratur Dominus atque Salvator, qui triginta annos natus venit ad baptismum (Luc. iii), que in homine perfecta etas est. Unde et in Nemerorum volumine juxta Hebræos, non, ut in LXX continetur, a vice- simo (b) quinto etatis anno, sed a tricesimo incipiunt sacerdotes in tabernaculo ministrare (Num. iv). In quod signum præcessit et Joseph, quando in Ægypto esurienti populo frumenta largitus est (Genes. xli), et Joannes Baptista venit ad fluentem Jordanis, prædicavitque baptismum penitentiae (Luc. iii). Quodque 5 scriptum est, *in quarto*, pendente sententia, subauditur *in quinto*. Quod ut manifestius fieret, supra addidit Septuaginta.

(Vers. 2.) *Cum essem in medio captivorum juxta fluvium Chobar, aperti sunt caeli, et vidi visiones Dei in quinta mensis: ipse est annus quintus transmigratio- nis regis Joachin*. Captivum sedisse populum super flumina Babylonis, David propheta in spiritu: *Super flumina Babylonis ibi sedimus et flevimus* (Psal. cxxxvii). Chobar autem, aut nomen est fluminis, aut certe, juxta interpretationem suam, (c) qua in grave vertitur, Tygrim significat et Euphratem, et omnia magna et gravissima flumina que in terra Chaldeorum esse perhibentur, Apertosque oculos non divisione firmamenti, sed fide credentis intellige: eo quod celestia sint illi reserata mysteria. Unde et in baptismate Salvatoris, quando Spiritus sanctus in specie columbe descendit super eum, apertos oculos legitimus (Matth. iii), quibus reseratis, panduntur visiones Dei: non una visio, sed plures, dicente Domino per Prophetam: *Ego visiones (d) multiplicabo, et in manibus Prophetarum assimilatus sum* (Isae xii, 40). Ista sunt visiones quas omnis Ezechielis propheta contextit. Significantiusque juxta Hebræos et ceteros Interpretes transmigratio dicitur Joachin, et non captivitas, quod LXX transtulerunt. Non enim captus urbe superata; sed voluntate se tradens, ductus est in Babylonem. Igitur Joachin, id est, Jechoniae dicitur prima transmigratio: Sedecia autem secunda vel extrema captivitas.

(Vers. 2.) *Factum est verbum Domini ad Ezechiel filium Busi, sacerdotem, in terra Chabbarum, super flumen Chobar*. Et Danieli et Ezechieli, qui in Babylone erant juxta flumina, futurorum sacramenta panduntur super aquas, immo in aquis purissimis, ut baptismatis potentia monstraretur. Alioquin et apostolos Paulus quando ad Anania lotus in Domino est, tegentibus prius oculis ejus squamis, caruit cecitate (Act. ix). Et in Genesi, prima que viderent, de aquis egressi sunt. Illud quoque intelligendum, quod in tricesimo etatis sue anno Dominus 6 ad baptismum venerit: in quarto mense, qui apud nos vocatur Januarius, et est in anni primus exordium, præter Nisan mensem novorum, in quo Pascha celebratur, Apud Orientales enim populos, post collectionem frugum, et torcularia, quando decimæ deferbantur in templum, October erat primus mensis, et Januarius quartus. Quintam autem diem mensis adjungit, ut significet baptismum, in quo aperti sunt Christo caeli, et Epiphaniorum dies hucusque venerabilis est, non ut quidam (e) putant Natalis in carne, tunc enim

(b) Infra vero in cap. hujusmet prophetæ xxv: *Ad Chabbar*, inquit, *officium non post vicissimum quintum etatis annum, sed post tricesimum accedunt*. Ubi nempè Num. iv Hebraica veritas scribit a tricesimo anno sumi ministros in tabernaculo foderis, LXX a viciesimo quinto verterunt. Hic pro in tabernaculo Rabanus legit in templo.

(c) Victorius ait, ut grave significet, legendum esse *Chabbar* חבב, et forte et 7 similitudine mutationem induxit, nisi potius grave pro potenti, ac multo, quod est חבב Hieron. vocem accepit.

(d) Idem Hieronici maluit, juxta Græc. ἰδὲ θεοῦ.  
(e) E Græcis præcipue, quos inter S. Epiphanius, qui Heres. 51, § 24, sexto Januarii die Natale Christi consignat: *Cum enim, inquit, Januarii mense notus esset, octavo idus Januarii, qui est apud Romanos Januarii dies sextus, etc.*

(Cap. I. — Vers. 1.) *Et factum est in tricesimo anno in quarto, in quinta mensis*. Tricesimus annus non, ut plerique assulant, etatis propheta dicitur, nec (a) Jubilæi, qui est annus remissionis; sed a duodecimo anno Josie regis Juda, quando inventus est liber Deuteronomii in templo Dei, usque ad quintum captivitatis annum Joachin cognomento Jechoniae, qui cum matre ductus est in Babylonem, et cum Daniele tribusque pueris, et Ezechiel (quæ est tribus Jude prima captivitas) quando stillavit ira Dei super Jerusalem (IV Reg. xxii; II Par. xxxiv; IV Reg. xxiv). Secundum anagogen vero prefiguratur Dominus atque Salvator, qui triginta annos natus venit ad baptismum (Luc. iii), que in homine perfecta etas est. Unde et in Nemerorum volumine juxta Hebræos, non, ut in LXX continetur, a vice- simo (b) quinto etatis anno, sed a tricesimo incipiunt sacerdotes in tabernaculo ministrare (Num. iv). In quod signum præcessit et Joseph, quando in Ægypto esurienti populo frumenta largitus est (Genes. xli), et Joannes Baptista venit ad fluentem Jordanis, prædicavitque baptismum penitentiae (Luc. iii). Quodque 5 scriptum est, *in quarto*, pendente sententia, subauditur *in quinto*. Quod ut manifestius fieret, supra addidit Septuaginta.

(Vers. 2.) *Factum est verbum Domini ad Ezechiel filium Busi, sacerdotem, in terra Chabbarum, super flumen Chobar*. Et Danieli et Ezechieli, qui in Babylone erant juxta flumina, futurorum sacramenta panduntur super aquas, immo in aquis purissimis, ut baptismatis potentia monstraretur. Alioquin et apostolos Paulus quando ad Anania lotus in Domino est, tegentibus prius oculis ejus squamis, caruit cecitate (Act. ix). Et in Genesi, prima que viderent, de aquis egressi sunt. Illud quoque intelligendum, quod in tricesimo etatis sue anno Dominus 6 ad baptismum venerit: in quarto mense, qui apud nos vocatur Januarius, et est in anni primus exordium, præter Nisan mensem novorum, in quo Pascha celebratur, Apud Orientales enim populos, post collectionem frugum, et torcularia, quando decimæ deferbantur in templum, October erat primus mensis, et Januarius quartus. Quintam autem diem mensis adjungit, ut significet baptismum, in quo aperti sunt Christo caeli, et Epiphaniorum dies hucusque venerabilis est, non ut quidam (e) putant Natalis in carne, tunc enim

(b) Infra vero in cap. hujusmet prophetæ xxv: *Ad Chabbar*, inquit, *officium non post vicissimum quintum etatis annum, sed post tricesimum accedunt*. Ubi nempè Num. iv Hebraica veritas scribit a tricesimo anno sumi ministros in tabernaculo foderis, LXX a viciesimo quinto verterunt. Hic pro in tabernaculo Rabanus legit in templo.

(c) Victorius ait, ut grave significet, legendum esse *Chabbar* חבב, et forte et 7 similitudine mutationem induxit, nisi potius grave pro potenti, ac multo, quod est חבב Hieron. vocem accepit.

(d) Idem Hieronici maluit, juxta Græc. ἰδὲ θεοῦ.  
(e) E Græcis præcipue, quos inter S. Epiphanius, qui Heres. 51, § 24, sexto Januarii die Natale Christi consignat: *Cum enim, inquit, Januarii mense notus esset, octavo idus Januarii, qui est apud Romanos Januarii dies sextus, etc.*

(d) Penes Raban. et Palat. ms., *nec non jubilæi; et mox, duo deciesimo pro duodecimo.*